Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38235
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Quas profecto semitas anima bene considerat cum & diligenter
quibus actibus ad supna pueni redebant inspicit & quae agenda
didicit sedula exercere non desinat. Panem quoq; otiosa non come
dit cum sacrificium dominici corporis percipiens stud & imitari actu
quod in ministerio celebrat multum sollicita. Ne indigne panem dno
comedendo & calicem bibendo iudicium sibi manducat & bibit. sed
ut patiendo pro xpo lacrimis fundendo bonis quoq; actib; insistendo
passioni exemplo ipsius quantum ualet sequatur potest & simplicit
accipi quia panem otiosa non comedat mulier fortis iuxta illud apti
quinon operatur nec manducet & ipse de se qm adeaq; mihi opus erat
& his quimecum sunt ministrauerunt manus iste. Vunde merito
luxoriantes uiduas arguens adiungit. Simul autem & otiose discurrit
circumire domos non solum otiose sed & uerbose & curiose;
& surrexerunt filii eius & beatissimam predicauerunt; Quod futurum
pcesto nouerat more pphetico quasi iam factum refert. Surgunt
enim filii ecclesiae iudeli & omnes electi in nouissimo carnis
in mortalitate donati. & tunc matrem suam quae eos ex aqua
& spiritu sco dno genuit beatissimam predicant quae nunc abin
fidelibus quasi misera contemnitur & reuera sicut apostolus ait
si in hac uita tantum speramus in xpo miserabiliores
sumus omnibus hominibus; Quia uera prouita alia in presenti
militamus merito cum apparuerit quidem ipsam matrem nram
quae ex omnib; iustis collecta una xpi columba sponsa & amica
uocatur beatissima predicabimus. potest & hoc quod dicit surrexe
runt filii eius & beatissimam pdicauerunt & iam in hoc tempore
conuenienter accipi cum quilib & fidelium transcensis sceleribus
ad caelestia regna perducuntur sedere namq; ad humiliati
onem. aliquoties surgere ad gloriam pertinet. surgunt ergo
filii ecclae & beatissimam eam predicant cum caelestibus bonis
sublimati quanta sit illius patriae beatitas cuius participes. ee.
meruerunt aspicere & hanc debita laudatione in diuina uisio
ne concelebrant uir eius & laudauit eam; Laudauit eam &
uir ipsius cum bona quae ipse in presenti seculo donat infu
tu pd remunerauit dicens in iudicio. uenite bene dicti patris
mei percipite regnu quod uobis pparatu ab ortu mundi.
quia esuriui & dedistis mihi manducare &c &; Quidem ipse prius
tu dormientium resurrexit a mortuis sed in die iudicii manifes
tius omib; quos sua laude dignos iudicauerit quanta sit eius de sue